ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 31v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

iam supernā patriā requirent. quamta eam inhuius
uite tempore uitiorū impugnet aduersitas demonstrant.
Nam cum unū quodque peccatū quomodo profitiemb⁹
insidietur ostendit. quasi obsidio cirta ciuitatē hierusalē
uoce pdicatoris ordinat. sed quia nonsolum debent
innotescere qualiter uitia impugnent. uerū etiam
quomodo custodiat nos uirtutes roborent. Recte sub
iungitur. Et edificabis munitiones. Munitiones
quippe scs pdicator edificat. quando uirtutes quib⁹
resistant uitiis demonstrat; et quia crescente uirtute
plerumq; bella temptationis augentur. Recte adhuc
additur; et adportabis aggerem. et dabis contra eam
castra. et ponet arietes in gyro. Aggerem namq; con
portat. quando predicator quisq; molem crescentis
temptationis enuntiat. Et contra hierusalem castra
erigit. quando recte intentioni audientiū hostis cal
lidi circumspectis esse et quasi inconphensibiles insi
dias predicit. Atq; in gyro arietes ponit. cū temp
tationū aculeos inhac uita nos undiq; circumdantes.
et uirtutū murū pforantes innotescit. Sed cuncta
hec licet subtiliter rector insinuet. nisi contra delic
ta singulorū emulationis spu feruerit. nullam sibi in
perpetuum absolutionē parat. Unde illic adhuc
recte subiungit. Et tu sume tibi sartaginē ferreā.

8